



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 24. A Toletano Senatu exceptus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

magno adstantium stupore certabant, ac <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
 integrum unius horæ partem, cum lætitiae <sup>A.C. 1516.</sup>  
 abundantia repugnantes etiam lacrimas  
 ubertim extorqueret, mutuis, iisque ar-  
 tissimis complexibus illigati hærebant;  
 ast non minus cuncti admirabantur, quod  
 Hispani quoque certatim omnes in gra-  
 tulationem & gaudium effunderentur,  
 Regi festive applaudentes, licet eum nec  
 Nationis similitudo commendaret, nec  
 Hispani ejus conspectum antea unquam  
 subiissent: Nihilominus eum velut na-  
 tione Hispanum venerabantur, eoquod  
 illius Mater e gente Hispana originem  
 duceret, Philippus quoque ejus Pater in  
 Hispaniis mortuus esset. Ast licet hæ-  
 rationes permovissent Hispanos, præci-  
 pue tamen ipse Carolus cunctis iisque  
 præclarissimi animi dotibus tam liberali-  
 ter ornatus erat, ut omnium amorem si-  
 bi facile conciliaret.

## §. XXIV.

*A Toletano Senatu exceptus.*

Carolo Hispaniam salutante, Senatores,  
 qui tum Toleti agebant, Regem suum  
 omni, qua par est, pompa atque magni-  
 ficiencia excipere constituerunt, nullisque  
 sumptibus pro tanto apparatu peperce-  
 runt: Cum autem, quo honoris gradu  
 illum venerarentur, nullum speciale man-

R 3                    datum

Sæcul. XVI. datum a Regina recepissent, haud parum  
A.C 1517. hac super re anxii hærebant, ignari,  
 num Carolum vel ut Castellæ Principem,  
 vel Burgundiae Ducem, aut omnino Re-  
 gem suum proclaimarent? Diu delibera-  
 tum, tandemque plurimorum suffragio  
 conclusum, Carolum solo nomine *Princi-  
 pis Serenissimi* salutandum, silentio autem  
 premendum, an Hispaniæ vel Burgundiae  
 Princeps esset; his ita decretis, Toleta-  
 ni Regem honorum amplitudine, ac ma-  
 gniscentiæ ostentatione longe majori  
 quam olim Philippum ejus Patrem exci-  
 piebant. Non deerant, qui hancce His-  
 panorum hæsitationem circa titulum Re-  
 gi deferendum Carolo significanter, un-  
 de vix receptis primis honoribus, quibus  
 exscensione facta excipiebatur, quanto-  
 cius Turrim Sillanam petiit.

## §. XXV.

*In Castellæ Regem coronatus.*

Ibidem Regina ejus Mater sedem fixe-  
 rat, filii sui colloquio lætissima. Au-  
 gebat insuper tredecim annorum absen-  
 tia mutui affectus teneritudinem. Por-  
 ro Carolus cum illa, quantum per Ma-  
 tris imbecillitatē licuit, secretas de re-  
 rum statu consultationes habuit, quibus  
 absolutis Regina coacto Regio Senatu o-  
 manium prima Filium suum Castellæ Re-  
 gem